

## De specie nova generis *Leucopaxillus* Bours.: *L. pseudogambosus* sp. nov.

Nový druh rodu *Leucopaxillus* Bours. velice podobný májovce

Albert Pilát

Auctor unum specimen fungi mirabilis obtinuit, quod habitu, odore, dimensionibus coloreque *Calocybe gambosam* (Fr.) Sing. magnopere in mentem revocabat. Cel. Juraj Kaščák eum 10. X. 1965 in Slovakia occidentali in montibus Strážovská hornatina dictis inter oppida Trenčianské Teplice et Valaská Belá altitudine ca 600—700 m s. m. collegit. Iam prius 7 dies ante in montibus commemoratis carpomata pluriora huius speciei in grege loco ca 3 km remoto observavit. Hunc fungum, quem auctor sub nomine *Leucopaxillus pseudogambosus* Pilát describit, a *Calocybe gambosa* (Fr.) Sing. non solum occurentia autumnali, sed praecipue sporis verrucosis et distincte amyloideis discrepat. In affinitatem proximam speciei polymorphae *Leucopaxilli cerealis* (Lasch) Sing. 1962 = *L. albissimus* (Pers.) Sing. 1939 pertinet. Etiam ad *Leucopaxillum amarum* (Alb. et Schw.) Kühn. spectat, sed colore alio distat.

Autor obdržel jednu plodnici houby neobyčejně podobné májovce — *Calocybe gambosa* (Fr.) Sing., a to jak vůní, tak i tvarem, velikostí i zbarvením. Nalezl ji Juraj Kaščák z Trenčína 10. X. 1965 na západním Slovensku ve Strážovské hornatině mezi Trenčianskými Teplicemi a Valaskou Belou ve výši asi 600—700 m. Týden před tím pozoroval jmenovaný houf plodnic tohoto druhu na místě vzdáleném asi 3 km. Tato houba, kterou autor nazval *Leucopaxillus pseudogambosus* Pilát, liší se od májovky nejen podzimmím výskytem, ale hlavně bradavčitými a zřetelně amyloidními výtrusy. Patří do blízkého příbuzenstva polymorfního druhu *Leucopaxillus cerealis* (Lasch) Sing. 1962 = *L. albissimus* (Pers.) Sing. 1939. Také jeví vztahy k *Leucopaxillus amarum* (Alb. et Schw.) Kühn., ale je jinak zbarvena.